Source BIU Cujas

F
N°. 338
13263



Source BIU Cujas

32 Cat. 9de Double Biblioth. L 3

Ludovicus Gesselin

BIBLIOTHEQUE CUJAS
PARIS

Source BIU Cujas

Source BIU Cujas

# SP. V. I. V. Docto-

## RVM APVD PICTONES DECANO, PROFESSIONIS LEGALIS IVRE Comiti, & præceptori ſuo conſultiſsimo, D. Roberto Irlando Scoto, EGVINARIVS BARO Leonenſis, S. D.

*NON temere eſt, Comes ſpectabilis, quòd mihi Oeconomiam in Pandectas Iuris ciuilis paranti, coruus cantet ad læuum, ſimul radat pedibus terram, & voce crocitet ſua. Præſagio enim non defuturos, qui ſi ex haſtæ, quod dicitur, cuſpide, per quam currere inſtituo, digitum tranſuerſum, aut vnguem latum excedere videar, continuò vociferabuntur, aſinum portare myſteria. Et quidem eò magis quòd nouitius adhuc Iuris prolytes, eam me, pro dignitate, theſim, explicare poſſe confidam, in qua claſsici Iuris interpretes, apparent rari nantes, vt gurgite vaſto. Accedit etiam deſtinati operis difficultati, quòd Accurſius, & Bartolus, quos honoris cauſſa nomino, quanuis tanta, atque ità inſtructa naue hoc mare ingreſſi, quod de M. Tullio Fabius ait, contrahunt tamen vela, inhibéntque remos, nec ſecundum edicti perpetui ordinem, titulorum diſpoſitionem vbique oſtendunt, ſed quaſi per ſatyram, exẽplis non ità multis, œconomiæ lectorem admonere, ſatis habent. Noſtra temeritas iuſtam à capite digeſtorum ad calcem methodum, & ita paucis perſtringere, vt nihil deſit: & copioſè, vt nihil redundet tamen, explicare meditatur. Cuius rei moles, dum eam cominus intueor, profectò deterreret, niſi inſitus honeſti conatus amor, & iuuentutis legibus inauguratæ vtilitas, ſi quid, vt Perſius ait, aptius exiret, adderent animum, & tantum onus, doctorúmq; hominum cenſuram reformidanti mihi, velut aquam aſpergerent. Adnimaduertebam enim Iuſtinianum in legibus congerendis, peritiſsimum architectum ſtatuiſſe imitari, qui eam futuri ædificij formam animo concipit, in qua neque deſiderari quicquam, neque pars vlla ocioſa videri poſsit. Et quemadmodum qui opera extruunt, vbi ſaxa, & materiam reliquam in vnum congeſſerint, vniuerſam ædificij figuram deſcribunt, non etiam de ſingulorum lapidum, minutiſsimarúmque partium ſitu præcipiunt: & qui politiam*



Source BIU Cujas

*inſtituit, diligenter ille quidem vniuerſam ciuitatis formam ordinat, non tamen quo in loco ſinguli ædificent ciues, aut quis cui inter populares anteponi debeat, ad ſuum officium pertinere exiſtimat: ità prudens imperator, ſuarum Pandectarum totam primum ſpeciem animo meditatus videbatur, & præcipuas earum parteis, in ordinem certum, & ad docendum accommodatum digeſsiſſe, harum partium particulas, vt ſors ferret, & res, quod Hermogenianus ait, pateretur, collocaturus. Quo minus ijs audiendum, qui pulcherrimam æqui boni artem, vt malè conſutum fragmentorum centonem, in quo nec pes ſatis, nec caput appareat, editis in vulgus, atque etiam Regibus, ſi dijs placet, nuncupatis lucubrationibus ſuis, cauillantur. At vt in cæteris diſciplinis, quæ non docere modò, at delectare etiam debent, orationis corpore, artes tanquam oſſa, & nerui, conteguntur, vt niſi ab artifice deprehendi non queant, & ſumma earum demum creditur, ſi nulla ars ineſſe videatur: ità in Romano Iure conſarcinando, Iuſtinianum, ſeu huius auſpicijs Tribonianum, artem ſcimus diſsimulaſſe plerunque, cuius ſi ſimulachrum aliquod, & quaſi æqui boníque faciem, ad meliora ſtudia nati adoleſcentes, cernerent oculis, mirabiles amores, vt ait Plato, excitaret ſapientiæ. Exiſtimabam autem hoc ea ratione factum iri commodiſsimè, ſi quis œconomicam totius Iuris diſpoſitionem, in tabellarem aliquem libellum redigeret, vt deſtinati huic ſcientiæ adoleſcentes, hanc velut Ideam prius intuerentur, quàm demerſam in profundo artem, & per minutiſsimas, rerum particulas, in Iuſtinianeis Pandectis conciſam, attingerent. Nam vt ad ſummam Iuris prudentiæ, hanc per omnes numeros cognoſcendam non inficior, ita incipientibus breuius, &, vt ipſe Iuris conditor inquit, ſimplici via tradendã exiſtimauerim, ne aut difficultate numeroſi operis, atque perplexi deterreantur, aut ipſam methodum non videntes, neque percipere facilè, neque fideliter continere queant. Nec enim mihi errare videntur, qui inter memoriæ præcepta, tantum ordini, & partium in loco diſtributioni, tribuunt, vt vel hoc ſolum, excepta exercitatione, in ijs quæ ediſcenda ſunt continendis, valeat. Simonides, is qui artem memoriæ primus inueniſſe traditur, cum triclinium in conuiuas delapſum, ità confudiſſet, vt propinqui corpora ad ſepulturam requirentes, nulla nota poſſent diſcernere, ordinis memor, quo quiſque diſcubuerat, non ora modo oppreſſorum, ſed membra etiam omnia ſuis reddidit. Theodectes auditos ſemel verſus quanlibet multos, eodem ordine, quem apud ſe tacitus notabat, protinus reddere ſolitus eſt. Cyrus omnium militum ſuorum nomina, certi ordinis præſidio adiutus, tenuiſſe dicitur. Quid hic Themiſtoclem memorem? etſi vnum intra annum optimè locutus eſſe Perſicè creditur, Mithridates duas & viginti linguas, quot nationibus imperauit, tam ſibi notas atq; in manibus digitos habuit, & Craſſus, cùm Aſiæ præeſſet, quin-*

Source BIU Cujas

que Græci ſermonis dialectos ſic tenuit, vt qua quiſque lingua apud eum poſtulaſſet, eadem ius ſibi redditum ferret. Sed quid ego in re manifeſta, & ipſis etiam, vt dicitur, tonſoribus nota, immoror diutius? Quicquid cogitamus, quicquid loquimur, quicquid audimus, quicquid legimus, ſine hac virtute tumultuatur, & velut turbatus exercitus impedit ſeſe, ac ſauciat. Hoc loco, vt de Hercule apud Xenophontem Prodicus dicit, multum, diúque apud me dubitaui, pretium ne operæ facturus eſſem, ſi hoc tempore, quo mihi per febris quotidianæ reliquias (ità enim me ſuperiori æſtate tractauit, vt vel nominis eſſem oblitus) cœptam Iuris prælectionem, commodè proſequi non licet, ad ſtylum me conuerterem, & quod alibi, vt aiunt, diminutum, alibi exæquarem. Illinc inſtituti laboris difficultatem, exertum in me genuinum, vt nunc ſunt homines, & cauſſam indefenſam, ſi quid peccarem: hinc probabilem honeſti cupiditatem, & commune adoleſcentium commodum, ponebam ante oculos, & propius cernebam. Quòd ſi hæc mea Oeconomia humilior videretur, quàm quæ ab ijs qui legum ſacris initiati ſunt, legi deberet, non continuò videbar mihi perdidiſſe oleum & operam, ſi qui Grammaticen profiterentur, & Rhetoricen, eò vſque ſcientiæ progredi poſſent, vt ad hanc quoque Iuris Oeconomiam tradendam ſufficerent. Atque vtinam non inualuiſſet olim iam conſuetudo, vt Iuriſconſultis citius quàm ratio poſtulat, iuuentus traderetur, & qui earum artium, quæ humanitatis appellatione continentur, ſtudia profitentur, officium ſuum non detractarent. Si enim Philoſophia de ciuilibus moribus, inter omnes arteis quas humana ratio deprehendit, principatum tenet, atque humanitatis, quæ propriè ſic vocatur, potiſsima pars exiſtit: quis niſi ab omni humanitate alienus, Iuris ciuilis quæ, autore Vlpiano, vera eſt Philoſophia, primordia quædam in ſchola humanitatis tradere vetabit? Præſertim quod hac ratione, & Iuris cādidatis, & profeſſoribus cōſulatur. Nam & illi quæ traduntur, facilius percipiunt, & hi ad verbulorum interpretationem, longè infra officium ſuum poſitam, deſcendere non coguntur. Sed ego pluribus queri deſino. Nimium eſt enim quod, me etiam tacente, intelligitur. Interim hic quoque verebar, ne dum vtriſque, & legum, & manſuetiorum muſarum ſtudioſis, hoc opuſculi vellem obtrudere, & his vterer iniquioribus, & meus me ordo irrideret, neutrobi, vt cum Euclione Plautino dicam, haberem ſtabile ſtabulum. Cui quum patronum aliquem quærerem, tu mihi Iuriſconſultorum conſultiſsime, in mentem venis, qui ſi patrocinari velles, tutò videbatur vel in ipſa Archilochi patria victurus: quippè qui apud vtroſque, & humanitatis, & Iuris ſtudioſos, ea authoritate meritò polles, vt libri cauſsam hiſce verbis agere poſsis. Obtrectator ait, Irlādus negat, vtri credendū putatis? Velle autem te bona ſpes habebat animum, cuius erga me humanitatem, patris verius quàm præ-



Source BIU Cujas

ceptoris, ante quinque annos, quo primum tempore tuo ductu Iuri dare operam cœpi, & duos iam annos poſteaquàm Pariſijs, Aureliæ, & Biturigibus peregrinatus, in hanc florentiſsimam, cum diſciplinarum omnium, tum præcipuè Iuris vtriuſque Academiam me recæpi, expertus ſum. Addebam etiam ſi nolles. Nam qua, inquam, demum fronte damnari indicta cauſſa ſinet, quod quale quale futurum eſt, probare etiam debebit? Etenim ſatiſfaciet. Eo ipſo quòd facturum eſt ſatis probabit. Non ſatiſfaciet. Sumet ergo hinc exemplum, non niſi tanta prouincia dignis, faciendam poſthac interpretandi Iuris publici poteſtatem, eóque nomine probabit etiam. At enim, inquies, non ea tibi, ne erres, permiſſa eſt licentia vt in ſanias, & quam nondum ſatis noris artem, etiam ſtylo exerceas. Ego verò nihil intereſſe exiſtimo, auditores quis ludat, an lectores: niſi quòd audita ſæpius etiam hominum fallant iudicium quàm lecta: ſimul quòd viua vox magis in animos irrumpat, cuius fraudem, quæ ſe non oſtendit in dicendo, nec profert, lectio repetita, ac longa dies reuelat: ſimul quòd audiamus nonnunquam authoritate publicà adacti, legat autem nemo, niſi qui velit. Habes præceptor humaniſsime, quibus rebus adductus ſum, vt hunc laborem ſuſciperem, quem ſi à ſtudioſis probari ſenſero, breui aliam Oeconomiam, in qua ſingulorum titulorum loci explicabuntur, ſiue ij Dialectici ſint, ſiue quæſtiones, quas Rhetores theſeis appellant, noſtro Marte elaboratam, accipient. Hunc interim libellum, tibi dicatum, aut tua voluntate, vt ait comicus, coactus, aut, quod magis optamus, obuijs vlnis, vt dicitur, excipe, & benè vale. PICTAVII, VIII. Calend. Ianua. ANN. M. D. XXXV.

Source BIU Cujas

# Pandectarū

iuris ciuilis œconomia,

per EGVINARIVM BARONEM Leonenſem, I. V. licentiatum, olim in ordinem confecta, & nuper ab eodem recognita.

Pandectarum themata generalia ſunt, *Iuſtitia, & Ius.* *Rub. ff. de inſti. & iure.*

Iuſtitia, tota quodam modo uirtus accipienda eſt, quam uelut Deam, Iuriſconſ. colunt,
*Bonum & æquum profitentes,*
*AEquum ab iniquo ſeparantes,*
*Licitum ab illicito diſcernentes,*
*Bonos efficere cupientes.*
*Ariſto. 7. capit. 1. Ethi. & 1. capit. 5. l. 1. ff. eo. Ariſto. 1. cap. 2. & 2. cap. 5.*

Boni fiūt, *Pœnarum metu, & Præmiorum exhortatione.* *d. l. 1. Ariſ. in pe͞rora. Ethi.*

Ius, ars ipſa eſt, cuius loci explicantur,
*Etymologia,*
*Finitio,*
*Partes,*
*Materia quà conſtat,*
*Homonymia.*
*d. l. 1. & 10. tit.*



Source BIU Cujas

d.l.1.& c.3.di.1.

# Etymolo-

gia, uerbi originatio eſt, à

Iuſtitia, Vlpiano,
&
Iuſto, Iſidoro.

d.l.1.& l.iuſtitia. §.iuris prudentia. ff.eo.

# Finitur

Ius, à

Celſo,
&
Vlpiano.

d.l.1.§.huius. & l.1.ff.de ſta.ho.

# Partes Iuris

præcipuæ, ſumuntur à

Fine duplici,
&
Materia, circa quam verſatur.

d.§.huius.

# A fine diui-

ditur, in

Publicum,
&
Priuatum.

d.§.huius.

# Publicum

conſiſtit, in

Sacris,
Sacerdotibus,
Magiſtratibus.

d.§.huius.

# Priuatum

collectum eſt, ex præceptis

Naturalibus,
Gentium,
Ciuilibus.

d.§.huius. Eſt autem hoc commune omniū animātium, vt hominis pprium, de quo in c.ius natur. di. 1.

# Ius natura-

le, locos habet duos,

Finitionem,
&
Effectus.

d.§.huius. Adde alios, ex d.c.ius naturale.

# Ii ſunt

Matrimonium,
Liberorum procreatio,
Educatio.

d.§.huius. & 4.ll. ſeq. Hoc, ius natur. & lex natur. etiam dicitur. §.ſing. inſti.de re.di. & l.1. ff. de fur.

# Gentium

quoque ius,

Finitur,
A naturali diſtinguitur,
Eius effectus exponuntur.

Source BIU Cujas

| | | |
|---|---|---|
| Qui ſunt, | Religio,<br>Pietas,<br>Vindicatio,<br>Seruitus,<br>Manumiſsio,<br>Bellorum ſuſceptio,<br>Regnorum conditio,<br>Diſcretio gentium,<br>Dominiorum diſtinctio,<br>Agrorum diſterminatio,<br>AEdificiorum coniunctio,<br>Commercia,<br>Emptiones,<br>Venditiones,<br>Locationes,<br>Conductiones,<br>Obligationes. | Ci.2.li. de ĩuẽtio.l. veluti, & 3. ll.ſeq. ff.eo. Cõſtat autem ſatis ex hoc loco, à naturali hominis proprio, lõgè aliud eſſe. Quippè cũ ſeruitus, & rerũ diuiſio, iuris gẽtiũ ſint, quæ tamẽ iuri naturali aduerſantur. l.manumiſsiões. ff. eo. & d.c.ius naturale.di. 8.in prin. Ariſto.2.Poli.contra Plato. diſputat, nõ cõuenire naturæ, rerũ cõmunionẽ. Sed ille rationem naturalẽ, huic ſtatui conueniẽtẽ, Iuriſcõſulti formã humanæ ſocietatis, naturæ ĩtegræ, ius naturale vocat. |
| Ius ciuile, | Finitur,<br>Diuiditur,<br>A gentium iure diſtinguitur. | l.ius Ciuile. & l.omnes.ff.eo. |
| Finitur duob. modis, quòd homonymum, & | Ius proprium ciuitatis,<br>&<br>Non prætorium. | d.l.ius ciuile. & l. ius autem ff.eo. |
| Diuiditur, in | Scriptum,<br>&<br>Non ſcriptum. | d.l.ius ciuile.§.hoc igitur. |
| Scriptũ, in | Ciuile,<br>&<br>Honorarium. | d. l.ius ciuile. & l. ius autem.ff.eo. |



Source BIU Cujas

d.l.ius autem.

Ciuile ſcriptum, eſt quod uenit ex

Legibus,
Plæbiſcitis,
Senatuſconſultis,
Decretis principum,
Authoritate prudentum.

Honorariũ quod & prætorium dicitur, habet

d.l.ius autẽ.§.prætorium.& l.ſeq.

Finitionem,
Ethymologiam,
Effectus, quorum gratia.

d.l.ius autem, & l.ſeq.

Ii ſunt, ciuile ius

Adiuuare,
Supplere,
Corrigere,
Interpretari.

Ariſt.1.c.5.l.iuſtitia ff.eo.cuius.l.prin.debuit eſſe.l.1.ff.e.niſi religio vetaret, de qua l.2.C.de vet.iure.§.ſi quid autem.

Iuſtitia porrò finitur, ius ſuum cuiq; tribuendi uoluntas,

Conſtans,
&
Perpetua:
id eſt habitus.

Per primũ præcep. ſpeciale decorũ intellige, de quo Cice.1.offi.d.l.iuſtitia §.iuris præcep.l.1.§.iubemus.C.de vet.iure.

Materia quà Ius conſtat, præcepta ſunt

Honeſtè viuere,
Alterum non lædere,
Ius ſuum cuique tribuere.

l.ius pluribus.& l.ſeq.ff.eo.

Homonymia in uerbo eſt, quòd pluribus modis dicatur,

Naturale,
Ciuile,
Prætorium,
Decretum iudicis,
Locus iuris dicendi,
Neceſſitudo.

Rub.ff.de origi.iuris.& l.2.ff.eo.

Vtriuſque, & ſcripti, & non ſcripti iuris, loci ſunt,

Origo ſui, quæ ſit,
Proceſſus, quis,
Quæ origo magiſtratuum,
Quæ autorum ſucceſſio.

Source BIU Cujas

**Origo iuris** ciuilis triplex,

*Ius Papyrianum,*
*Conſuetudo xx. annorum,*
*Leges xij. tabularum.*

d.l.2.à prin. vſque ad §. his legibus.

**Proceſsit** uerò hoc ordine,

*Interpretatio prudentum,*
*Legis actiones,*
*Ius Flauianum,*
*Ius AElianum,*
*Plæbiſcita,*
*Leges,*
*Senatuſconſulta,*
*Prætoria edicta,*
*Principalis conſtitutio.*

d.l.2.à d.§. his, vſque ad §. poſt ori.

**Magiſtra**tuum origo, & proceſſus,

*Reges,*
*Tribuni celerum,*
*Conſules,*
*Cenſores,*
*Dictatores,*
*Magiſtri equitum,*
*Tribuni plæbis,*
*AEdiles plæbis,*
*Quæſtores ærarij,*
*Quæſtores parricidij,*
*Decemuiri autores ll. xij.*
*Tribuni militum,*
*AEdiles curules,*
*Et plures.*

d.l.2.à d.§. poſt vſque ad §. iuris ci.



Source BIU Cujas

*d.l.2.à §.iuris.vſque ad fi. vbi. Pōp. 63. recenſet. Septem & 30. fuêre, ex quorū lib. Iuſtinianus Pandectas confecit. Alios Capitolinus in Marco, & Lamprid. in Alexan. memorant. ille.12.hic.16.*

Autores ſucceſſerunt hoc ordine,

*Publius Papyrius,*
*Appius Claudius decemuir,*
*App. Claudius Centimanus,*
*App. Claud. r inuentor,*
*Sempronius Sophos,*
*P. Scipio Naſica,*
*Q. Fabius,*
*Titus Coruncanus,*
*Et plures.*

*Rub.ff.de ll. & ff. de conſti. prin.*

Inter illos naſcentis, procedentiſq; Iuris locos, ſunt qui alios habent ſpeciales,

*Leges,*
*Senatuſcon.*
*Conſuetudo,*
*Conſtitutio principis.*

*ff.de.ll.to.ti.*

LL. ſenatuſ conſ. & longæ conſuetudinis, loci ſunt,

*Quid lex ſit,*
*Quæ virtus eius, ſeu officium*
*Verbis ll. an menti ſtandum,*
*In quibus rebus conſtituantur,*
*In quas perſonas,*
*Quæ cauſſa efficiens,*
*Quis finis,*
*Et cæteri:*

*l. pen. ff. de legi.*

Cauſsæ effectrices hæ ſunt,

*Conſenſus,*
*Neceſsitas,*
*Conſuetudo, ſeu vſus.*

*l.fi.ff.eo.ti.*

Finis verò triplex,

*Acquirere,*
*Conſeruare,*
*Minuere.*

Source BIU Cujas

**Cōſtitutio** principis, locos habet,

Quem vigorem habet,
Quæ eius origo,
Quibus modis fiat,
Quotuples exiſtat,
Quando per eam antiquum ius mutandum,
Vt ſit interpretanda.

ff. de conſti. prin. to. ti.

**Materia, cir**ca quam Ius uerſatur,

Perſonæ,
Res,
Actiones.

l. 1. ff. de ſta. ho.

**Perſonarū** diuiſio eſt duplex, in

Liberos homines, & ſeruos,
Sui iuris, & alieni.

l. ſumma ff. eo. & l. 1. ff. de iis qui ſunt ſui, vel ali.

**Liberi ſunt,**

Ingenui,
aut
Libertini.

l. & ſeruorum. d. ti. de ſta. ho.

**Ingenui, aut**

Naſcuntur,
aut
Iam nati, fiunt.

d. l. & ſeruorū & l. ingenuum ff. eo.

**Naſcuntur** ex matre libera, tempore

Conceptionis,
Partus,
Medio.

d. l. & ſeruorum.

**Serui in do**minio noſtro ſunt, iure

Gentium,
aut
Ciuili.

d. l. & ſeruorum.

**Iure gentiū** ſerui ſunt, aut

Bello capti,
aut
Ex ancillis nati.

d. l. & ſeruorum.

| | | |
|---|---|---|
| l.libertas.&ll.ſeq. vſque ad fi.ti.e. | In his quæruntur hæc, | Quid ſit,<br>Natus, an in vtero,<br>Status inſtrumenta,<br>Sexus,<br>Et cætera. |
| l.1.ff.de iis qui ſunt ſui, vel ali. | Alieni iuris perſonæ, ſunt in poteſtate | Domominorum,<br>aut<br>Parentum. |
| d.l.1.& l.2.ff.eo. | Poteſtas dominorum in ſeruos, | Alia olim,<br>alia<br>Hodie. |
| d.l.1.& 2. | Olim fuit, | Vitæ,<br>&<br>Necis. |
| d.l.1.& 2. | Hodie prohibetur, & ſeruorum | Cædes ſine cauſſa,<br>&<br>Mala tractatio. |
| l.item.& l.nam ciuiũ. ff.eo.& Rub. ff. de adop. | Parentum poteſtas, | Acquiritur,<br>&<br>Soluitur. |
| d.l.itẽ. l.nepotes. & l.ſi qua.ff.eo. | Acquiritur, per | Generationem,<br>Adoptionem,<br>Mortem alterius,<br>Pœnam. |
| d.l.item.& l.ſeq. ff.eo. | Generatio | Filijfamiliâs,<br>aut |

Source BIU Cujas

| | | |
|---|---|---|
| liberorum eſt ex iuſtis nuptiis, qui ſunt, | *Filiæ familiâs.* | |
| Filiifa. ſunt | *Filij,*<br>*Nepotes,*<br>*Pronepotes,*<br>*Et cæteri.* | *d.l.nam ci.ff. eo* |
| Filiæfa. ſimiliter | *Filiæ,*<br>*Neptes,*<br>*Et cæteræ.* | *d.l.nam.ff.eo.* |
| In his ſpeciales loci tractantur, | *Quod iuſtus filius,*<br>*An furioſi iuſtus filius,*<br>*Et alij pauci.* | *l.filium.&ll.ſeq.* |
| Soluitur patria poteſtas, | *Adoptione,*<br>*Emancipatione,*<br>*Et alijs modis.* | *Rub.ff.de adop:* |
| Horum loci | *Quotuplex adoptio,*<br>*Qui adoptare poſſint,*<br>*Qui adoptari,*<br>*Apud quem,*<br>*Et plures.* | *l.1.2.& ll.ſeq.ff. eodem.* |
| Res, circa quas ius uerſatur, diuiduntur, in | *Accidentia,*<br>*&*<br>*Species.* | *Hæc petẽda à Dialecticis.* |
| In accidentia diuidunt, | *Paulus,*<br>*&*<br>*Martianus.* | *l.1.& l.quædã ff. de re.di.* |



Source BIU Cujas

d.l. I. **Paulus in** res, iuris — *Diuini, & Humani.*

d. l. I. **Diuini iuris res,** — *Sacræ, Religioſæ, Sanctæ.*

d.l. I. **Humani** iuris, — *Publicæ, & Priuatæ.*

d. l. quædam. & l. nemo ff. eo. **Martianus** diuidit in res, — *Communes omnium naturali iure, Publicas, Vniuerſitatis, Nullius, Singulorum.*

d. l. quædam. & l. ſeq. **Iure naturali communia,** — *Aër, Aqua profluens, Mare, Littora maris, Lapilli, & gemmæ in littore.*

d. l. nemo. l. ſeq. & l. Ariſto. ff. eo. **Publica,** — *Flumina ferè, Portus, Riparum vſus, Arborum in his naſcentium, A mari occupatum.*

l. in tãtum. §. vniuerſitatis ff. eo. **Vniuerſitatis,** — *Theatra, Stadia, Seruus ciuitatis, Et alia ciuium communia:*

Source BIU Cujas

| | | |
|---|---|---|
| Nullius in bonis ſunt, | *Sacra,*<br>*Religioſa,*<br>*Sancta.* | *d. l. in tantum §. ſacra.* |
| Rerum ſpecies ſunt duæ, | *Corporales,*<br>*&*<br>*Incorporales.* | *d. l. 1. ff. eo.* |
| Corporales, ut | *Fundus,*<br>*Homo,*<br>*Veſtis,*<br>*Aurum,*<br>*Argentum,*<br>*Et innumeræ.* | *d. l. 1.* |
| Incorporales res ſunt, ut | *Hæreditas,*<br>*Vſusfructus,*<br>*Obligatio,*<br>*Seruitus ruſtica,*<br>*Seruitus vrbana, de quibus latiùs cum actionib. tractatur.* | *d. l. 1.* |
| Actiones conſiſtunt in | *Iure, quæ ſunt res,*<br>*aut*<br>*Facto, & actiones vocantur ſolæ, à Caio.* | *d. l. 1. §. quædã. l. 1. ff. de ſta. ho. Paradoxum, ſed verum.* |
| Actiones quæ facti ſunt, aut | *Extra iudicium ſunt,*<br>*aut*<br>*Iudiciales.* | *Sic Fab. cauſſarum genera colligit lib. 3.* |
| Extra iudi- | *Senatorum ſententiæ,*<br>*Officium conſulis,* | *Rub. & l. fi. ff. de ſenatorib. ff. de of-* |

ſi.con.& deinceps vſque ad ſi.lib.50.

cium actiones, quibus iudiciales coniunctæ ſunt, ſimul cum his recenſentur hoc ordione,

Officium quæſtoris,
Officium pf. prætorio,
Et cæt. vſque ad fin. Pandect.

l.etſi.ff.ſi ſer.vēd. & l.ſi quis intētioni.ff. de iudi.Rub. ff.de exc.ſeu præſcrip.l.in cauſſæ co.ff.de procur.& to.ti.ff.de var.& ex.cog.Rub.ff.de ſent.Rub.& to.ti. ff.de appel.

# Iudiciales

facti actiones, quibus & iuris plærunque reſpondent, ſunt

Actiones, ſeu intentiones,
Exeptiones, ſeu præſcriptiones,
Cognitio cauſæ,
Sententia,
Apellatio, ſeu prouocatio.

Præparatoria iudi. voco, quæ āte iudi. plerunque ſiunt.l. ſi.ff.de lib.cau.vt à ti.de iuriſd.om. vſq; ad ti.de iudi.

# Actiones,

ſeu intentiones, in Pand. occurrunt,

In præparatorÿs iudiciorum, & his coniunctis,
aut
Principales, per quas accipitur iudicium.

l.ſi quis.& l.ſi familia.ff.de iuriſd. om.

# In iudicio-

rū præparatoriis hæ ſunt,

Actio popularis in corrumpentem album prætoris.

l.1.ff.quod quiſque iur.in ali.

Actio in eum qui impetrauit, aut ſtatuit, ius iniquum.

l.vni.ff.ſi quis ius di.non ob.

Actio pœnalis in eum, qui non obtemperauit ius dicenti.

l.ſi libertus.l.pen. & ſi.ff.de ī ius vo.

Actio pœnalis in factum, in eum qui in ius vocauit, quem ex edicto non debuit.

l.ſi.ff.ſi quis in ius vo.

Actio in id quod intereſt, in eum qui in ius vocatus, non ierit.

l.2 ff.in ius vo. vte.

Actio in eum qui non accepit quenlibet fideiuſſorem à neceſſarÿs perſonis, iudicio ſiſtendi cauſſa datum.

l.pen.ff.ne quis eū. q.in ius vo.n.ierit

Actio in factum, in eum qui in ius vocatum, vi exemit.

l.quód ſi.ff.eo.

Actio ad exibendum, in eum qui ſeruum in ius vocatum exemit.

Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| Actio quanti ea res erit, in fideiuſſorem, qui aliquem iudicio ſiſti promiſerit. | l.2.§.fi.ff.qui ſatiſ.cog. |
| Petitio ſatiſdationis iudicio ſiſtendi cauſſa. | d.l.2.& l.ſciendum ff.eo. |
| Actio iniuriarum, in eum qui fideiuſſorem locupletem, iudicio ſiſtendi cauſſa datum, non accepit. | l.ſi verò.§.qui pro rei ff.eo. |
| Actio in factum, in eum qui dolo fecit, quo minus quis in ius vocatus, iudicio ſtitit. | l.ex hoc.ff. de eo per quem f.erit. |
| Actio reſtitutoria in reum, ſi qui dolo fecit, ſoluendo non ſit. | d.l.ex hoc.§. planè. |
| Actio in id quod intereſt, in eum qui detinuit in ius venire volentem. | l.ſed actio.ff.ſi quis cau.iudi.ſiſt. cau.f. |
| Petitio dilationis. | l.1.l.oratio.& l. fi.ff.de ſer.& di. |
| Actio in id quod intereſt, in eum qui non edit rationes, & cætera edenda. | l.ſi quis.§.ex hoc ff.de eden. |
| Actio ex conuentione, ſeu pacto legitimo. | l.legitima ff.de Pact. |
| Actio incerta ciuilis, id eſt, præſcriptis verbis, ex contractu innominato. | l. iuriſg.§.1.in fi. ff.eo. |
| Actio de poſtulando, hoc eſt, petitio aduocati, vel vt ſibi poſtulare liceat. | Vt Diui.Ci.l.1.ff. de poſt.arg.l.actionis.ff.de act.& obli. |
| Actio mandati, inter dominum, & procuratorem. | l.licet.§.ea ff.de procur. |
| Imploratio officij iudicis, vt pecunia deponatur in ædem ſacram. | l.ſi reus.ff.eo.arg. l.actionis.ff.de verb.ſig.& d.l.actionis.ff.de actio.& ob. |
| Petitio ſatiſdationis rem ratam haberi, à procuratore. | l.non ſolum.§.qui ali.ff.de procur. |
| Actio ex ſtipulatu, directa, & vtilis. | l.in cauſſæ.ff.eo. |
| Actio iudicati, quam intendit procurator actoris, ſi non eſt ſoluendo. | l.actoris.ff.eo.ti. |
| Actio iudicati eidem competens in rem ſuam dato, & ad eam rem facto procuratori. | l.ſi pcurator.ff.eo |



Source BIU Cujas

*l. ſi quis cum ff. eo.* — Actio iudicati in procuratorem, hæredem domini litis.

*d. l. ſi quis.* — Actio mandati, aut negotiorum geſtorum, eidem competens in cohæredes, vel alios.

*l. non ſolum §. ſed interdum ff. eo.* — Actio ex iureiurando, quæ procuratori competit.

*l. nõ videtur ff. eo.* — Petitio ſatiſdationis iudicatum ſolui, à procuratore.

*l. item §. actor ff. quod cuiuſque vni.* — Petitio ſatiſdationis ab actore vniuerſitatis.

*l. 1. in fi. & l. ſicut ff. eo.* — Actio mandati, & negotiorum geſtorum, eidem competens in vniuerſitatem.

*l. 2 ff. de nego. geſt.* — Actio negotiorum geſtorum, vltrò citróque gerenti negotia, & in eum competens.

*l. 1. ff. de calum.* — Actio in factum, in eum qui vt calumniæ cauſſa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam accepit.

*l. 1. ff. de reſt. in integ. l. in cauſſæ. ff. de mi. l. metum ff. quod metus cau. l. 2. ff. de cap. di.* — Petitio reſtitutionis in integrum, per officium Prætoris.

*l. ſed & in fi d. l. metum l. ſi cum. §. Pedius. ff. quod metus cau.* — Actio quod metus cauſſa, in eum qui metum intulit, & ad quem res peruenit.

*l. 1. §. non fuit ff. de dolo.* — Actio de dolo in doloſos, ſi alia actio non erit.

*l. in cauſſæ. 1. §. interdum l. in cauſſæ 2. ff. de minor. l. quòd ſi. §. ſi. eo. l. patri. l. etiam, eo.* — Actio reſtitutoria, minoribus competens.

*l. tutelas ff. de cap. di.* — Actio vtilis in dominum, ex contractu capite diminuti.

*l. 1. ff. ex q. cau. maio.* — Petitio reſtitutionis maiorum, & actio reſtituta.

Source BIU Cujas

*Actio in factum, quanti interſit, in eum qui rem alienauit, iudicij mutandi cauſſa.* — *l. 1. ff. de ali. iudi mutan. cau. fact*

Petitio certæ pœnæ, ex compromiſſo, aut actio incerti, ſi pœna adiecta non ſit. — *l. 2. & l. diem. ff. de re. arb.*

Petitio, vt arbiter ſententiam dicat. — *l. non diſtinguemus §. item ſi. ff. eo.*

*Actio in factum, in nautas, caupones, & ſtabularios, vt recepta reſtituant.* — *l. & ità. §. ex hoc. ff. nau. cau. & ſtab.*

*Actio in factum pœnalis ex eodem edicto.* — *l. pen. & ſi. eo.*

*Actio in iudicem, qui litem ſuam fecit.* — *l. ſi filius fa. ff. de iudi.*

| | | |
|---|---|---|
| Principales actiones, hoc ordine obſeruabis, | *Iuris priuati, & in priuatas perſonas, deinde* | *à ti. de iudi. vſque ad ti. de iure fiſ.* |
| | *Publici, vel in publicas perſonas, &c.* | *à ti. de iure fiſ. vſque ad ti. de ver. ſig.* |
| Iuris priuati actiones ſunt, | *Ex contractu, aut quaſi contractu, aut* | *l. 1. & l. ex contractibus ff. de actio.* |
| | *Ex maleficio, ſeu delicto, aut quaſi delicto.* | *l. ſi. ff. de pri. delict.* |
| Ex contractu, &c. uenientes actiones ſunt, | Ordinariæ, vel in factum ab initio datæ, aut | *arg. l. ſi. ff de pri. delict. Rub. ff. de interd. ſeu extr. actio.* |
| | *Extraordinariæ loco interdictorum propoſitæ.* | |
| Ordinariæ, &c. recenſentur hoc ordine, | *Quærela, ſeu accuſatio, de inofficioſo teſtamento.* | *l. 1. & l. poſthumus §. ſi. quis ff. de inoffi. teſta.* |
| | *Petitio hæreditatis.* | *Rub. & l. diuus §. diuus ff. de petit. hæred.* |
| | *Petitio, ſeu vendicatio, partis hæ-* | *l. 1. §. interdum. ff* |

| | |
|---|---|
| *ſi pars hæred. pe.* | reditatis. |
| *l. 1. & 2. ff. de poſ. hæred. pe* | Poſſeſſoria hæreditatis petitio. |
| *l. 1. 2. & 3. ff. de fidei. hæred. peti.* | Fideicommiſſaria hæreditatis petitio. |
| *Rub. l. 1. & l. in ſpeciali ff. de rei vẽdi.* | Rei vendicatio, ſeu actio in rem ſpecialis. |
| *l. ſuperficiario ff. eo. l. 1. ff. de ſupſi.* | Actio in rem vtilis, de ſuperficie. |
| *Ru. & to. ti. ff. de Pub. in rem actio.* | Actio in rem Publiciana. |
| *l. 1 ff. ſi ag. vecti. vel emphy. peta.* | Actio in rem de agro vectigali, vel emphyteuticario. |
| *Rub. & l. pen. § fi. ff. ſi vſuſf. pe. v. a. p. n.* | Actio in rem confeſſoria, de vſufructu. |
| *d. Rub. & d. l. pen. Ti. 5. præced. proximi ſunt, vt Hermog. ait l. 2. ff. de ſta. ho. atq; cõiũcti.* | Actio in rem negatoria, de vſufructu. |
| *Arg. l. huic. ff. de vſu & ha.* | Actio in rem confeſſoria, & negatoria, de operis ſeruorum. |
| *Arg. l. huic. ff. de vſu & ha.* | Actio in rem confeſſoria, & negatoria, de vſu, & habitatione. |
| *l. hoc. ff. de vſuf. ea. re. q. v. c. Rub. & l. huic. ff. vſuf. quemad. ca.* | Condictio cautionis ab vſufructuario, & vſuario, quæ eſt incerti. |
| *l. 2. ff. ſi ſer. vend. Qui præced. 4. tit. cõmunes ſunt ſer. perſo. & rea. Tres reliqui, huic ti. ſunt coniuncti, cum proxime ſe.* | Actio confeſſoria, & negatoria in rem, de ſeruitutibus vrbanis, & ruſticis. |

Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| Actio de pauperie, facta à quadrupede. | l.1.ff.ſi quadrup. paup. fe. di. |
| Actio de pauperie vtilis, quam aliud animal fecit. | l.pen.ff.eo. |
| Actio legis Aquiliæ directa, in eum qui dedit damnum iniuria. | l. item mela. §. legis.l. liber homo ff. ad l. Aquili. |
| Actio legis Aquiliæ, vtilis. | d.l.item §.ſi. & d. l. liber homo. |
| Actio in factum, in eum qui cauſſam damni dederit. | l.qua actione. §.1. & §.ſi quis.ff.eo. |
| Actio confeſſoria vtilis, in eum qui ſe dediſſe damnum confitetur. | l. proínde ff.eo. |
| Actio in factum, competens poſſidenti bona fide, & de damnis quæ lege Aquilia non continentur. | d.l.item mela.§. ſed et ſi.l.ſi ſeruum. §. ff.eo. |
| Actio in factum, in eum qui habitat, vnde quid deiectum, effuſumve, damnum dederit. | l.1. §. hæc in factum ff. de his qui dei. v.effu. |
| Imploratio officij iudicis, ſi ſeruus inhabitet. | d.l.1.§. cum ſeruus. |
| Actio in factũ competens habitanti ædes, in eum qui deiecit, vel effudit. | l. ſi verò. §. cum autem ff. eo. |
| Actio in factum, in eum qui in ſuggrunda, protectóve habuit, cuius caſus iter facienti, conſiſtentíve nocere poſſit. | d.l.ſi verò.§. prætor.ff.eo. |
| Actio noxalis, quæ ex ſerui noxa aduerſus dominum inſtituitur. | l.1.ff.de nox.actio. |
| Actio finium regundorum. | l.1.ff.de iudi.ſi.regund. |
| Actio familiæ erſciſcundæ. | l.1.& 2.ff.fa. erciſ. |
| Actio communi diuidundo. | l. ſabinus ff. com. diuid. |
| Actio ad exhibendum. | l.3.§.ſciendum.ff. ad exhib. |

| | |
|---|---|
| l. 1. ff de interr. actio. | Actio interrogatoria. |
| Rub. & 2. ff. ex quib. cau. ad e. iudi. e. | Poſtulatio, vt ad eundem iudicem eatur. |
| l. 1. §. 2. ff. de ſeruo corrup. | Actio ſerui corrupti. |
| l. fi. ff. de aleæ lu. & alea. | Repetitio eius quod in alea luſum eſt. |
| l. 1. ff. ſi menſ. fal. mo. dix. | Actio in factum, aduerſus menſorem agrorum. |
| l. 2. & l. is qui. ff. de relig. & ſump. fu. | Actio in factum, in eum qui intulit mortuum in locum alienum. |
| l. oſſa. ff. eo. | Actio in factum, ſi locus religioſus pro puro vænierit. |
| d. l. oſſa. & l. ſeq. | Actio in factum, in eum qui probibet inferre mortuum, in eum locum quo ius inferendi eſt. |
| ff. de relig. l. at ſi §. hæc actio. | Actio funeraria. |
| ff. de mor. infe. to. ti. Hic autẽ obiter memoratur, quòd ordinariis actionibus proxima ſit, atque cõiuncta. | Interdictum de mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando. |
| l. certi condictio ff. de reb. cred. | Condictio certi, ex omni cauſſa, ex qua certum petitur. |
| Rub. & d. l. certi. §. fi. l. ſingularia ff. eo. l. 1. ff de triti. | Condictio mutui, ſeu crediti, quæ & actio ſi certum petatur, dicta. |
| l. nam poſtea §. iureiurando. ff. de iureiur. | Actio in factum ex iureiurando. |
| l ſi duo §. ſi quis & §. ſeq. ff. eo. Huc pertinet ti. ſeq. | Actio vtilis ex ea cauſſa quà agebatur, ſi iuratum ſit. |

Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| Condictio cauſſa data, cauſſa non ſequuta. | Rub. & to. ti. ff. de cond. cau. da cau. non ſeq. |
| Condictio ob turpem, vel iniuſtam cauſſam. | Rub. & to. ti. ff. de cond. ob turp. v. i. c. |
| Condictio indebiti. | Rub. & to. ti. ff. de cond. indeb. |
| Condictio ſine cauſſa. | Rub. & to. ti. ff. de cond. ſine cau. |
| Condictio furtiua. | Rub. & to. ti. ff. de cond. furti. |
| Condictio ex lege. | Rub. & to. ti. ff. de cond. ex le. |
| Condictio triticaria. | Rub. & to. ti. ff. de cond. triti. |
| Actio arbitraria. | l. 2. 3. & l. ſi hæres ff. de eo quod cer. lo. da. op. |
| Actio conſtitutæ pecuniæ. | Rub. & l. poſt ff. de conſti. pe. |
| Actio commodati directa, ſeu principalis, & contraria. | l. 1. §. fi. l. in commodato. §. 2. l. in rebus. §. fi. ff. commoda. |
| Actio pignoratitia directa, & contraria. | l. ſi neceſſarias. §. 1. ff. de pig. actio. |
| Actio exercitoria. | Rub. & to. ti. ff. de exerci. actio. |
| Actio ex locato cum magiſtro nauis, vt contributio fiat, ſi merces iactæ ſint. | l. 2. ff. ad l. Rhod. de iactu. |
| Actio ex conducto, quæ domino nauis competit, in dominos ſaluarum mercium. | d. l. 2. |

| | |
|---|---|
| Rub. & to. ti. ff. de inſti. actio. | Actio inſtitoria. |
| Rub. & to. ti. ff. de trib. actio. | Actio tributoria. |
| l. 2. & to. ti. ff. quod cum eo. q. i. a. p. e. n. g. e. d. Ti. ſeq. huic eſt coniunctus. | Actio in id quod facere poteſt filius factus ſui iuris. |
| l. 1. & to. ti. ff. de pecul. | Actio de peculio. |
| Rub. & to. ti. ff. quando de pecul. actio an. eſt. | Actio annalis de peculio. |
| l. 1. & to. ti. ff. de in rem verſ. | Actio de in rem verſo. |
| l. 1. & to. ti. ff. quod iuſſ. Ti. 2. ſeq. proximi ſunt, atque coniuncti. | Actio quod iuſſu. |
| Rub. & l. ei. ff. depo. | Actio depoſiti directa, & contraria. |
| l. ſi in Aſia. §. cum ſequeſtro. ff. eo. | Actio depoſiti ſequeſtraria. |
| Rub. ff. mand. l. ſi remunerendi. l. ſi verò. §. cõtrario, & §. ſi mihi. ff. eo. | Actio mandati directa, & contraria. |
| l. vt ſit. l. ſi fundus. ff. pro ſo. | Actio pro ſocio. |
| Rub. & l. 1. ff. de actio. empt. & vend. | Actio empti, ſiue ex empto. |
| l. ſi is ff. eo. Ti. 7. qui ſeq. materiam habent coniunctam. | Actio venditi, ſeu ex vendito. |
| Rub. & l. videamus. §. qui vinum ff. loca. | Actio locati, ſiue ex locato. |

Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| Actio conducti, aut ex conducto. | l. ex conducto. ff. eo. |
| Actio æſtimatoria præſcriptis verbis. | l. vni. ff. de æſti. actio. |
| Actio præſcriptis verbis, ſeu in factum ciuilis. | l. 1. ff. de re. permu. l. 1. & 2. ff. de præſ. verb. |
| Actio in factum. | Rub. & l. quia. ff. eo. |
| Actio Seruiana. | l. ſi ſuperatus. ff. de pig. & hy. l. 2. ff. in quib. cau. pig. v. hy. ta. con. |
| Actio hypothecaria, quæ & quaſi ſeruiana. | l. grege. §. etiam. l. ſi fundus. §. ſi res ff. eo. ti. ſeq. 4. coniuncti. |
| Actio ædilitia redhibitoria. | Rub. & l. cum autem. §. Iulianus. ff. de ædi. edi. l. ſi plura. eo. |
| Actio ædilitia æſtimatoria, ſeu quanto minoris. | Rub. l. ſi quid venditor. d. l. ſi plura. ff. eo. |
| Actio in factum, ad pretium, & quod acceſſit recuperandum, redhibita re. | l. quòd ſi nolit. §. in factum & §. reſtitui. ff. eo. |
| Actio ædilitia, de peculio, in patrem, dominum, &c. | d. l. cum autem. §. ſi ſeruus. |
| Ex empto, aut ex ſtipulatione duplæ, de euictione. | l. euicta. & l. ſi prægnans. ff. de euictio. ti. ſeq. eſt coniunctus. |



Source BIU Cujas

l.pecuniæ.& l.etiam.ff. de vſur.ti.ſeq.huic eſt coniunctus.4.ſeq.omnibus iudiciis præced.& ſeq. communes ſunt.

Actio ex ſtipulatu, aut nudo pacto, de vſuris.

l.in poteſtate.ff.de ſponſa. ex ſtip.actio non datur, niſi in duplum arrharum l.ſi. C.eo.l.Titia.ff. de verb. oblig.

Condictio cauſſa data, cauſſa non ſequuta, ex ſponſalibus.

l.2.§.quòd ſi.ff.ſo.matri. C.de rei vx.actio.l.vni.Titi.6.præced.& vnus ſeq. huic ti.coniuncti ſunt.

Actio dotis, ſeu rei vxoriæ, quæ nunc ex ſtipulatu dicitur.

Rub.& l.marcellus.§. qui ff.de actio.re.amo.

Actio rerum amotarum.

l.ſiue.§.quia.ff.de lib.agno.v.a.p.vp.v.l.

Actio præiudicialis, de partu agnoſcendo.

l.ſi quis.§.ſiue.l.& §.ſolent.l.alimenta.ff.eo.

Imploratio officij iudicis, de alendis liberis, parentibus, patronis, vel libertis.

l.1.§.1.& §.ex hoc.verſ. extra ord.ff.de ven.inſpi. c.q.p.

Poſtulatio officij iudicis, vt venter inſpiciatur, & cuſtodes mulieri apponantur.

l.1.ff.ſi ventris nomine muli.in poſ.miſ.e.p.d.m. a.a.t.e.d.

Actio in mulierem quæ poſſeſſionem ventris nomine datam, ad alium dolo transtulit.

l.1.ff.ſi muli.ven.no.in poſſ.ca.cau.e.d.Qui ſeq. ii.huic eſt coniunctus.

Actio in mulierem, per calumniam ventris nomine in poſſeſſionem miſſam.

l.naturali.§.ſi.ff.de confir. tuto.vel cur.Ti.2.præced. coniuncti ſunt.

Poſtulatio officij iudicis, vt confirmetur tutor, vel curator non recte datus.

Rub.ff.qui pe.tut.vel cur. & v.p.e.Tit.2.præced.coniuncti ſunt.

Petitio tutoris, vel curatoris.

Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| Poſtulatio officiȷ iudicis, vt tutela, vel cura geratur. | l.1.ff.de.admi.tuto.vel cura.Qui ſeq.ti. eſt coniunctus. |
| Actio vtilis minori competens, aut in eum, ex facto tutoris, vel curatoris. | l.2.ff.quando ex ſa.tu. vel cur.mi.ag.v.con.poß. |
| Actio, ſeu accuſatio ſuſpecti tutoris, vel curatoris. | l.1.§.conſequens.ff.de ſuſp.tut. |
| Poſtulatio, vt prætor conſtituat, vbi pupilli educari, vel morari debeant. | l.1.ff.vbi pupil.edu.vel mo.deb. |
| Imploratio officiȷ iudicis, vt pupillo alimenta decernantur. | l.3 ff.eo. |
| Actio tutelæ directa. | l.1.§.non tantum in ſi.ff. de tu.& ra.di. |
| Actio vtilis curationis cauſſa. | Rub.& l.alterius.ff.eo. |
| Actio negotiorum geſtorum cum furioſi curatore, quæ competit, etiam dum negotia gerit. | l.niſi finita.§.cum furioſi ff.eo. |
| Actio negotiorum geſtorum, in curatorem adoleſcentis, finita curatione. | l.ſi tutor.§.ſi.ff.eo.C.de admi.tuto.l.2. |
| Actio tutelæ contraria. | Rub.& l.1.ff. de contra. & vti.actio.tu. |
| Actio negotiorum geſtorum contraria, in adoleſcentem. | d.l.1. |
| Actio tutelæ, vtilis. | d. Rub. |
| Actio protutelæ, directa. | l.1.ff.de eo. qui pro tu. vel cura.neg.geſ. |
| Actio protutelæ, contraria. | l.ſi.ff.eo. |
| Actio negotiorum geſtorum, in eum qui pro curatore negotia geßit. | d.l.1. |



Source BIU Cujas

l.nouiſsimè.ff. quod fa.tu. aut. geſt.e.d.

Actio in factum in falſum tutorem.

l.huius ff.eo.

Actio in factum, in eum qui dolum adhibuit, vt author daretur inſcius, qui tutor non eſſet.

l.1.& fi.ff.eo.

Petitio reſtitutionis in integrum, ſi falſo authore, cum pupillo contrahatur.

l.1.& fi.ff.eo.

Actio vtilis in falſum tutorem, qui adoleſcentem in aliquam captionem induxit.

l.1.& l.cum oſtendimus. ff.de fideiuſs.& no.& hæred.tu. & cura.

Actio tutelæ vtilis, in hæredes tutorum.

l.etiam.& l.ſi cum.ff.eo.

Actio ex ſtipulatu, in fideiuſſores rem pupilli ſaluam fore, & eorum hæredes.

Rub.ff.eo.& l.1.ff. de magi.con.

Actio vtilis, quæ & ſubſidiaria dicitur, in magiſtratus municipales, ſeu duumuiros, dantes tutores & curatores, aut ſatis exigentes, nominatores tutorum, aut curatorum, & qui periculum in ſe receperunt.

l.magis puto.§.fi.ff.de reb.e.q.ſ.tu.v.cur.ſ.n. a.v.ſ.

Actio in rem quæ competit pupillo, vel adoleſcenti, ſi ſine decreto prætoris, res pupillares alienatæ ſint.

d.l.magis.& l.1.ff.eo.

Imploratio officij iudicis, vt res pupillares ex decreto alienare, vel obligare liceat.

l.conſilio.§.cum dementis. ff. de cur.fur.& prod.v. a.e.m.d.

Actio negotiorum geſtorum, inter furioſos, prodigos, alióſque extra minores, & curatores ſuos.

l.1.& l.ait prætor.ff.de iure delib. Ti.7.præced. coniuncti ſunt.

Petitio temporis ad deliberandum.

l.1.& 2.§.fi.ff.quemad. teſta.ape.inſp.& deſcrib. Ti.2.qui præced.proximi ſunt.

Poſtulatio, vt teſtamenta, inſpicere, deſcribere, &c. liceat.

Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| Actio legatorum, directa, & vtilis, quam ex teſtamento vocant. | l.ſi quis pecuniam. §. 1. & l.quia ff.ſi quis omiſ.caute. Ti.7.ſeq.coniuncti ſunt. |
| Actio incerti de vſu, vſufructu, & cæ. legatis. | l.1.ff.de vſu. vſuf.& hab. & op.p.leg.v.ſi.re. |
| Stipulatio de legato reſtituendo, ſi plus legatum ſit, quàm per legem Falcidiam liceat. | l.1.ff.ſi cui plus quàm per l.fal.l.l.e.d.Ti.19 præced.& 2.ſeq. coniuncti ſunt. |
| Stipulatio, vt legatorum, ſeu fideicommiſſorum nomine caueatur. | l.1.ff.vt lega.ſeu fideicom. no. ca. |
| Poſtulatio, vt in poſſeſſione, legatorum ſeruandorum cauſſa eſſe liceat. | Rub.& l.is cui.ff. vt in poſs.leg.ſ.ſi.ſ.c.e.l. |
| Condictio indebitæ ſatiſdationis, nomine legatorum. | l.1.ff.eo. |
| Petitio bonorum poſſeſſionis. | l.3.l.ſeruus.& to.ti ff. de bo.poſs. |
| Petitio bonorum poſſeſſionis, infanti, muto, ſurdo, & cæco competentis. | l.1.& 2.ff.de bo.poſs.i.m.ſ.&c.comp. Qui præced. ti.eſt proximus.atque coniunctus. |
| Petitio bonorum poſſeſſionis, contra tabulas. | l.1.l.ſed & ſi.ff de bo. poſs. con tab.Ti.ſeq. coniunctus eſt. |
| Petitio collationis bonorum, aut eo nomine cautionis, ſi contra tabulas bonorum poſſeſſio petatur. | l. 1. §. iubet. ff. de coll. bo. |
| Petitio collationis dotis. | l. 1. & to. ti. ff. de coll. do. |



Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| *l.1.& to.ti.ff.de ven.in poſſ. mitt.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, nomine ventris. |
| *l.1.§.hoc edictum ff.de coniung.cum eman.lib.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, quæ ab emancipato, & liberis intenditur. |
| *l.carbonianum.§.cauſſæ. ff.de carbo.edict.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, ex Carboniano edicto. |
| *l.2.& to.ti.ff. de bo.poſs. ſecundum tab.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, ſecundum tabulas. |
| *l.1.& to.ti.ff. ſi à paren. quis ma.fu.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, filij emancipati, contra tabulas. |
| *l.vni.ff.de bo.poſſ. ex teſta.mili.* | Petitio bonorum poſſeſsionis ex teſtamento militis. |
| *l.1.ff.de iure patro. Ti. ſeq. coniunctus eſt.* | Quærela patroni de libertis. |
| *l.3.& l.vt iuriſiurandi. ff. de op.libert.* | Actio ex ſtipulatu, aut iureiurando, de operis libertorum. |
| *l.ſi patronus. l.etiamſi.ff. de bo.liberto.* | Petitio bonorum poſſeſsionis liberti, contra tabulas. |
| *l.vni.ff.de liber. vniuerſi. Ti.ſeq.eſt coniunctus.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, liberti vniuerſitatis. |
| *l.ſi libertus.ff. de iure patro.l.1.& l.in fauiana.ff. ſi quid in frau.patro.* | Actio Fauiana, & Caluiſiana, ſi in fraudem patroni quid fiat. |
| *l.1.ff.ſi tab.teſta.null. exta.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, abinteſtatò. |
| *l.1.ff.vnde lib.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, vnde liberi. |
| *l.1.& to.ti.ff.vnde legi. & v.ag.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, vnde legitimi. |
| *l.1.& to.ti.ff.vnde cog.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, vnde cognati. |
| *l.1.ff.de ſucceſ.edic.Ti. ſeq. eſt coniunctus.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, ex ſucceſſorio edicto. |
| *l.vni.ff.vnde vir, & vx.* | Petitio bonorum poſſeſsionis, vnde vir & vxor. |

Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| Petitio bonorum poſſeßionis, veteranorum, & militum. | l. vni. ff. de vete. & mili. ſucceß. Ti. ſeq. proximus eſt. |
| Petitio bonorum poſſeßionis, ex legibus, ſenatúſve conſultis. | l. vni. ff. vt ex legi. ſena. v. con. bo. poß. de. Ti. 3. ſeq. coniuncti ſunt. |
| Petitio ſatiſdationis, de opere nouo reſtituendo. | l. prætor ait. ff. de op. no. nuntia. |
| Actio in factum, in eum qui nouum opus, poſt nuntiationem fecit. | d. l. prætor. §. nonnulli. ff. eo. |
| Poſtulatio cautionis, damni infecti. | l. prætor ait. §. 1. ff. de dam. infect. |
| Poſtulatio, vt ex primo decreto, in poſſeßionem rei mittatur qui damnum timet, niſi caueatur. | l. dies. §. 2. ff. eo. |
| Actio in factum, ſi non admittatur in poſſeßionem. | d. l. dies d. §. 2. |
| Poſtulatio poſſeßionis, ſecundo decreto, damni infecti nomine. | d. §. 2. & l. ſi finita. §. Iulianus. ff. eo. |
| Actio aquæ pluuiæ arcendæ. | l. 1. ff. de aq. plu. arcend. |
| Actio dupli, in publicanos, intra annum, ſimpli poſt annum, qui illicitè quid exegerunt. | l. 1. & l. ſi multi ff. de publi. vecti. & com. |
| Perſequutio commißi, ſeu eius rei quæ in commiſſum cecidit. | l. commiſſa. ff. eo. |
| Actio in quantum facere poteſt in donatorem, quæ eſt condictio ex lege. | l. qui ex. ff. de dona. l ſi quis argen. §. fi. C. eo. |
| Actio in rem ex donatione, ſequuta rei traditione. | l. quis ſaxum. ff. eo. l. 1. C. eo. |
| Condictio, vel vtilis in rem actio, quæ ex pœnitentia, ei competit, qui mortis cauſſa donauit. | l. qui mortis ff. de dona. cau. mor. |



Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| *l.liberis.§.ſi quis ſciens.§. ſunt & §.fi.ff.de lib.cauſ.* | Proclamatio in libertatem. |
| *d.l.liberis.* | Petitio ex libertate, in ſeruitutem. |
| *l.illud.ff.eo.* | Actio in factum, in eum qui ad libertatem proclamauit, ſi damnum dedit quando bona fide ſeruiebat. |
| *l.rectiſſimè. & l.non ſolum.ff.eo.* | Actio in factum, in eum qui ſciens ſe liberum, paſſus eſt ſe pro ſeruo venundari. |
| *l.hæc oratio ff.ſi liber. inge.e.d.* | Proclamatio ex libertinitate, in ingenuitatem. |
| *l.fi.ff.eo.§.præiudi.inſti. de actio.Ti.12.præced.& vnus qui ſe.proximi ſunt.* | Actio præiudicialis, qua quæritur, an quis libertus ſit. |
| *l.fi.ff.de collu.dete. Ti.11. qui ſeq.coniuncti ſunt actio.præced.in rem.* | Detectio colluſionis. |
| *l.miles.§.fi.ff.de re iudi.* | Actio iudicati. |
| *l.ſi is.& to.ti.ff.de confeſſ.* | Actio confeſſi, ſeu ex confeſſione, in iudicio. |
| *l.is qui bonis.ff.de ceſſio.bo.* | Actio in quantum facere poteſt, in eum qui bonis ceſſit. |
| *l.2.ff.quib.ex cau.in poſſ.ea.* | Petitio, vt in poſſeſſionem bonorum eius qui non fecit poteſtatem ſui, nec defenſus eſt, eatur. |
| *l.fulcinius.ff.eo.Tit.ſeq. eſt coniunctus.* | Petitio, vt bona eius qui latitauit, &c. væneant. |
| *l.1.& to.ti.ff.de priuile. credi.* | Impetratio priuilegij, cum bona debitoris væneunt. |
| *l.2.ff.de cura.bo.dan.* | Petitio, vt curator bonis detur. |

Source BIU Cujas

| | | |
|---|---|---|
| Actio in factum, quæ Pauliana dicitur, de his quæ in fraudem creditorum geſta erunt. | | l. ait prætor. §. quòd ait. & l. hac in factum ff. quæ in fraudem credi. l. videamus. §. in fauiana. ff. de vſur. |
| Extraordinariæ actiones, ſeu interdicta, pro quibus competũt: | Quorum bonorum. | l. 1. & 2. ff. qu. bo. Tit. præced. coniunctus eſt. |
| | Quorum legatorum. | l. 1. & to. ti. ff. quo. lega. |
| Ne vis fiat ei qui in poſſeßionem miſſus eſt, & actio in factum ex edicto, ſi non ſit à prætore miſſus. | | l. ſi. ff. ne vis fi. e. q. i. p. m. e. |
| De tabulis exhibendis. | | to. ti. ff. de tab. exhib. |
| Ne quid in loco ſacro fiat. | | ff. ne quid in lo. ſa. ſi. to. ti. |
| De locis, & itineribus publicis. | | ff. de lo. & itine. publi. to. ti. |
| Ne quid in loco publico, vel itinere fiat. | | l. 1. & to. ti. ff. ne quid in lo. pub. v. iti. fi. |
| De loco publico fruendo. | | l. 1. & to. ti. ff. de lo. pub. fru. |
| De via publica, & itinere publico reficiendo. | | l. 1. & to. ti. ff. de via pub. & iti. pub. refi. |
| De fluminibus, & ne quid in flumine publico, ripáve eius fiat, quo peius nauigetur. | | l. 1. & to. ti. ff. de flu. & ne quid. i. f. p. r. v. e. f. q. p. n. |
| Ne quid in flumine publico, ripáve eius fiat, quo aliter aqua fluat, quàm priore æſtate fluxit. | | l. vni. ne quid in flu. pub. rip. v. e. f. q. a. a. f. q. p. æ. f. |



Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| *l. vni. ff. vt in flu. pub. n. l.* | Vt in flumine publico nauigare liceat. |
| *l. vni. ff. de rip. muni.* | De ripa munienda. |
| *l. 1. & to. ti. ff. de vi, & vi ar.* | Vnde vi. |
| *l. 1. ff. vti poſſ.* | Vti poſsidetis. |
| *l. 1. ff. de ſuperſi.* | De ſuperficiebus. |
| *l. 1. & to. ti. ff. de iti. act. q. p.* | De itinere, actúque priuato. |
| *l. 1. & to. ti. ff. de aqua quo. & æſti.* | De aqua quotidiana, & æſtiua. |
| *l. 1. & to. ti. ff. de riuis.* | De riuis. |
| *l. vni. ff. de fonte.* | De fonte. |
| *l. 1. & 2. ff. de clo.* | De cloacis. |
| *l. 1. & to. ti. ff. quod vi, aut clàm. Ti. ſeq. coniunctus.* | Quod vi, aut clàm |
| *l. 2. & to. ti. ff. de preca.* | De precario. |
| *l. vni. ff. de arb. cæd.* | De arboribus cædendis. |
| *l. vni. ff. de glan. leg.* | De glande legenda. |
| *l. 1. ff. de libero ho. exhib.* | De libero homine exhibendo. |
| *l. 1. & to ti. ff. de lib. exhib. vel. dedu.* | De liberis exhibendis, vel deducendis. |
| *l. vni. ff. vtrob.* | Vtrobi. |
| *l. 1. & 2. ff. de migr.* | De migrando. |

Source BIU Cujas

Interdictum Saluianum, & cætera quæ ſuprà occurrerunt.

l. 1. ff. de Sal. interd. Ti. 7. ſeq. tam præceden. quàm ſeq. ſunt communes.

Actio ex ſtipulatione, ſiue ex ſtipulatu, quando incertum in ſtipulationem eſt deductum.

l. hoc iure. ff. de verb. ob. l. ſi quis certũ ff. de reb. cred. Ti. 6. qui ſeq. coniũcti huic ſunt, quibus ſubiiciuntur ſtipu. prætoriæ, quæ actionum inſtar obtinent l. actionis ff. de act. & obl.

Stipulatio prætoria, vel iudicialis, vt rem pupilli, vel adoleſcentis, ſaluam fore caueatur.

l 1. §. 2. ff. de præto. ſti. l. 2. ff. rem pupi. ſal. for.

Stipulatio iudicatum ſolui.

l. 1. & to. ti. ff. iudi. ſol.

Stipulatio rem ratam haberi.

l. 1. & to. ti. ff. rem ra. hab.

Stipulatio ex operis noui nuntiatione.

d. l. 1 ff. de præto. ſtip.

Stipulatio de legato.

d. l. 1.

Stipulatio de tutela.

d. l. 1.

Stipulatio damni infecti.

d. l. 1.

Stipulatio iudicio ſiſtendi cauſſa.

d. l. 1.

# Actiones

quæ ex maleficiis ueniunt,

Ordinarij iuris ſunt, aut Extraordinariæ criminum executiones.

l. 1. Rub. ff. de ex cri. l. ſi. ff. de pri. deli.



Source BIU Cujas

*l. ei qui ff. de fur.*

*l. ſi. ff. de tig. iniuncto.*

*l. I. ff. ſi quis teſta. lib. eſ. iuß.*

# Ordina-

rii iuris ſunt, quas pecuniariter exequimur,

*Actio furti manifeſti, & nec manifeſti.*

*Actio tigni iniuncti.*

*Actio in factum, in eum qui teſtamento liber eſſe iuſſus, ante aditam hæreditatem ſurripuit, aut corrupit quid, dolo malo.*

*l. vni. ff. furti aduer. n. c. & ſta.* — *Actio furti, aduerſus nautas, caupones, & ſtabularios.*

*l. pe. & to. ti. ff. ſi fa. fur. fe. di.* — *Actio furti, ſi familia furtum fecerit.*

*l. ſi. & to. ti. ff. arb. fur. cæ.* — *Actio furtim arborum cæſarum.*

*l. I. & to. ti. ff. vi bo. rap.* — *Actio vi bonorum raptorum.*

*l. I. §. huius, & to. ti. ff. de incend. ru. n. r. n. expug.* — *Actio in eum qui ex incendio, ruina, naufragio, & cæ. quid rapuit, damnive quid in his rebus dedit.*

*l. I. & l. actio. ff. de iniur. & fa. lib.* — *Actio iniuriarum prætoria.*

*l. lex Cornelia. ff. eo. In his etiam pœnam, extra ordinem, exercere licet. l. ſi. ff. de pri. delic.* — *Actio iniuriarum ex l. Cornelia.*

*Rub. ff. de extraor. cri. To. ti. ff. de accuſa. l. I. §. huius ff. de incend. C. quando ci. actio to. ti.*

*Ci. in proœ. pro A. Clu. l. ordo ff. de pub. iudi.*

# Extraordina-

riæ ex maleficiis actiones, quæ & accuſationes, & criminum perſecutiones, & executiones, & criminales actiones uocantur, ſunt

*Sine legibus certis, quæ ſolæ olim extraordinem exercebantur.*

*aut*

*LL. publicorum iudiciorum conſtitutæ.*

Sine certis ll. inſtituuntur hæ, in

Solicitatores alienarum nuptiarum,
Matrimoniorum interpellatores, l. 1. ff. de extraord. cri.
Qui fimo corrupto aliquē perfuderit,
Qui cœno, luto, oblinierit,
Qui aquas ſpurcauerit,
Qui fiſtulas, lacus, quidve aliud ad iniuriam publicam contaminauerit,
Qui puero ſtuprum, abducto ab eo, vel corrupto comite, perſuaſerit,
Qui mulierem, puellámve interpellauerit,
Qui impudicitiæ gratia, quid fecerit,
Qui domum præbuerit,
Qui pretium, quò id perſuaderet, dederit,
Et in corruptos comites,

In mulierem, quæ partum abegerit, l. diuus. ff. eo.

In eum cuius inſtinctu, ſeruus ad infamandum dominum, ad ſtatuam confugerit, l. in eum. ff. eo.

In dardanarios, l. annonam ff. eo.

In ſaccularios, l. ſaccularii ff. eo.

In eos qui adulterinas ſtatéras, falsáſve menſuras habuerunt, d. l. annonam.

In directarios, d. l. ſaccularii.



Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| d.l.ſacularii. | In proditores alienorum inſtrumentorum, |
| d. l. ſacc. | In eos qui ſcopeliſmon faciunt, |
| d. l. ſacc. | In eos qui commata, & diacopos. i. aquarum emiſſaria, rumpunt, |
| d. l. ſacc. | In eos qui arborem ſycomorum, in AEgypto excidunt, |
| l. ſi. ff. eo. | In circulatores, qui ſerpentes proponunt, ſi metu dammum dent, |
| l. prætor. & to. ti. ff. de ſepul. vio. | Actio ſepulchri violati, quæ popularis eſt, |
| l. 1. & 2. ff. de concuß. | De concuſſione, |
| l. 1. 2. & 3. ff. de abig. | De abigeatu, |
| l. 1. & to. ti. ff. de præua. | De præuaricatione, |
| l. 1. & 2 ff. de recep. | In receptatores, |
| l. 1. & 2. ff. de effra. & ex. | In effractores, & expilatores, |
| l. 1. & to. ti. ff. de cri. expi. hæred. | Accuſatio expilatæ hæreditatis. |
| l. 1. ff. de cri. ſtell. | Actio ſtellionatus. |
| l. 1. 2. & 3. ff. de ter. mo. | Actio de termino moto, ex l. Agraria, & aliȷs, |
| l. 1. & 2. ff. de coll. & corp. illi. | De collegiȷs ſodalitiȷs illicitis, |
| Rub. & to. ti. ff. de popu. actio. l. eum. §. in popularibus. ff. de iureiu. | Actio popularis, quæ & ipſa publica dicitur. |

Cuius ſpecies

Actio in corruptorem Albi prætoris,

Actio in eum qui liberum hominem occidit, aut vulnerauit,

Actio in eum qui habuit in ſuggrunda, cuius caſus nocere potuit,

Actio loco interdicti ne quid in loco publico,

Source BIU Cujas

*Actio ſepulchri uiolati, & cæt. Quæ quia ad ſingulorum etiam vtilitatem pertinent, ſuo loco ſigillatim ſuprà expoſitæ ſunt: vt Furti, Rapinæ, Iniuriarum.*

# LL. publicorum iudiciorum actiones conſtitutæ ſunt hæ,

| | |
|---|---|
| *De crimine maieſtatis, l. Iulia, qualis Torquati, in P. Syllam, Ci. in Cati. & plures.* | l. 1. ff. de pub. iudi. To. ti. ff. ad l. Iul. maieſta. l. in quæſtionibus. ff. eo Ti. 2. interpoſiti coniuncti ſunt. |
| *De adulterijs, & ſtupro, l. Iulia, vt Lyſiæ oratoris in vxorem actio,* | ff. ad l. Iul. de adul. & ſtup. to. ti. |
| *De vi publica, l. Iulia, cuiuſmodi actio Clodianorum in P. Seſtium fuit,* | ff. de vi publi. to. ti. |
| *De vi priuata, qualem Ebutius fecit Cecinnæ, l. Iulia,* | l. ſi quis, & to. ti. ff. ad l. Iul. de vi pri. |
| *De ſiccarijs, & veneficis, l. Cornelia, vt actiones in Milonem, & A. Cluentium,* | ff. ad l. Cor. de ſicca. to. ti. |
| *De parricidijs, l. Pompeia, vt C. Erucij accuſatio in Sex. Roſcium Amerinum,* | ff. ad l. Pomp. de parri. to. ti. |
| *De falſis, l. Cornelia, qualis T. Actij in A. Cluentium actio, quem corrupiſſe Iunium quæſitorem dicebat, vt Oppianicus damnaretur,* | ff. ad l. Cor. de fal. l. 1. & to. ti. |
| *De repetundis, l. Iulia, vt in Rab. Poſthumum,* | ff. ad l. Iul. repe. to. ti. |
| *De annona, l. Iulia, vt in Martium Coriolanum apud Liuium,* | ff. ad l. Iul. de anno. to. ti. |
| *De peculatu, ſacrilegiis, & reſiduis, l. Iulia, vt Cice. in Verrem,* | ff. ad l. Iul. de pecu. & de ſa. & reſid. to. ti. |



Source BIU Cujas

| | |
|---|---|
| *ff. ad l. Iul. de ambi. l. vnic.* | *De ambitu, l. Iulia, vt in Plancium, & Murenam,* |
| *ff. ad l. Fa. to. ti. Ti. 10. qui ſeq. pub. iudi. cõiuncti ſunt, 13. ſeq. præcedentium omnium communes.* | *De plagiarijs, l. Fauia.* |

| | | |
|---|---|---|
| *l. 1. & 2. ff. de iur. Fiſ. l. quód placuit, & to. ti. ff. eo. l. 2. ff. de iure mili. & to. ti. cum ſeq. Tit. præced. coniunctus eſt.* | Iuris publici, &c. actiones, propria quædam habent, eæ ſunt, | *Delatio, ſiue nuntiatio ad Fiſcum,*<br>*Vendicatio rerum ad Fiſcum pertinentium,*<br>*Actio ad exhibendum, Et cæteræ Fiſci,*<br>*Actiones in milites, & eis competentes,* |
| *ff. de pri. vet. to. ti.* | | *Actiones in veteranos,* |

| | |
|---|---|
| *ff. de decur. to. ti. Ti. 1. præce. & 4. ſe. coniuncti.* | *Actiones in decuriones,* |
| *ff. de legatio. to. ti.* | *Actiones in legatos,* |
| *ff. de admi. re. ad ci. per. Ti. 4. ſeq. ſunt coniuncti.* | *Actiones ad ciuitatem pertinentes,* |
| *ff. de var. cog.* | *Imploratio cognitionis magiſtratuum extra ordinem,* |
| *l. ſi iudex ff. de var. & ex. cog. Ti. 2. ſeq. coniuncti ſunt iuri publi. Alii 2. communes totius Iuris.* | *Actio in iudicem qui litem ſuam fecit.* |

OEconomiæ Pandectarum Iuris ciuilis,

FINIS.

Source BIU Cujas

# Breuis eiuſdem

## Anacephalæoſis, Ad lectorem.

SOLENT cauſſarum actores, lector optime, res per orationẽ fuſius explicatas, in concluſione uelut per capita decurrentes, quàm breuiſsimè repetere, & congregare, ut & iudicis memoriam reficiant, & totam ſimul cauſſam ponant ante oculos. Horum ſequutus exemplum, rem totam ità in pauca redigo, ut quantũuis obtuſus, uel horulæ ſpatio ediſcas, & quantumuis obliuioſus, tanquàm nomen, unguéſque tuos teneas. Igitur Pandectas in partes duas, in hac OEconomia diuiſas obſeruabis. Prior in titulum de ſtatu hominum, à principio uſque trahitur: in qua Iuris illa partitio in publicum, & priuatum, à fine petita, explicatur: ſed ità ut de iure publico nihil præter illam diuiſionem, quà in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtere dicitur, diſputetur. Eius rei cauſſa, niſi me mea cenſura fallit, hæc fuit, quòd de ſacris, & ſacerdotibus, nihil ſui temporis religione dignum, ex ethnicis Iuriſconſultis deſumere Iuſtinianus potuit: de quibus in ſui Codicis principio, titulis aliquot antè diſſeruerat, quantum ad ius forenſe, ſeu ciuile, uidebatur pertinere, fuſiorem rei expoſitionem Epiſcopis, ſacrarum literarũ interpretibus, relinquens. Magiſtratus uerò in ea parte tacuit, propterea quòd in alia partitione, à materia circa quam Ius uerſatur ſumpta, commodius dici poſſe ca uiſum eſt, quæ iuris publici, tã in actionibus, quàm his coniunctis, propria erant. Sunt enim plæraque iuri publico, cum priuatorum iure communia. Poſterior

illa pars, quam Pandectarum finis cludit, in treis partes diſtributa eſt. Prima à titulo de ſtatu hominum, ad rubricam de rerum diuiſione, perſonas: Secunda titulo unico de rerum diuiſione, res: tertia deinceps actiones, proximos atque coniunctos, ut Hermogen. ait, applicans titulos, exequitur. Hæc postrema rurſus in duas partes diſcedit. Altera præparatoria iudiciorum, tam ad magiſtratus, quàm ad priuatos pertinentia, à titulo de ſenatoribus, uſque ad titulum de iudiciis, continet. Altera principales actiones tam priuatorũ, hoc eſt, quæ à ſingulis, & priuatis, partim in ſuam, partim in publicam utilitatem intentantur: quàm publici iuris, id eſt, ad magiſtratus, ordines, populũ, aut in hos competẽtes, perſequitur. Huius pars prior, à titulo de iudiciis, in rubricam de iure Fiſci, poſterior inde in finem Pandectarum extenditur. Porrò illa de priuatorum actionibus, duarum partium eſt: quarum prior à titulo de iudiciis, ad titulum de priuatis delictis, actiones ex contractu, quaſi contractu, & quaſi maleficio uenientes, poſterior eas quæ ex maleficiis oriuntur, à dicto titulo de priuatis delictis, uſque ad titulum de iure Fiſci, complectitur. Harum prior rurſus duas habet parteis: hæc à titulo de iudiciis, ad titulum de interdictis, ordinarias actiones, in factúmque ab initio olim propoſitas, & his coniunctas auxilii iudicis implorationes, quæ extra ordinem intenduntur: illa à dicto titulo de interdictis ad rubricam de uerborum obligationibus, extraordinarias actiones, quæ pro interdictis cõpetunt, comprehendit: quibus adiiciuntur cum ſuis generalibus titulis, ſtipulationes iudiciales, & prætoriæ, quæ actionum inſtar obtinent, uſque ad dictum titulum, de priuatis delictis. Inde ad titulum de iure Fiſci, actiones ex maleficiis, cum proximis, atque coniunctis quibuſdam, exponuntur. Eſt & hæc

Source BIU Cujas

pars in duas particulas rurſum ſecta. Prior actiones ordinarii iuris & priuatas, quæ pecuniariter, nunc de re familiari, partim ad ultionem, atque uindictam intenduntur, à dicto titulo de priuatis delictis, ad titulum de extraordinariis criminibus, explicat: poſterior inde ad dictũ titulum de iure Fiſci, extraordinarias actiones de criminibus, & publicas, hoc eſt, ſuum ius populi tuentes, & ad ſolam uindictã inſtitutas, tam ſine legibus certis, quàm legibus publicorum iudiciorum, expendit. Quæ & ipſa duas partes habet. Altera extraordinariorum criminum, quæ ſine certis legibus ſunt, perſecutiones, à dicta rubrica de extraordinariis criminibus, ad titulum de publicis iudiciis: altera inde ad titulum de iure Fiſci, publica iudicia, quæ & ipſa, autore Paulo, extra ordinem hodie inſtituuntur, pertractat. Quibus, ut præcedentibus, quæ proxima, coniunctáque ſunt, applicantur. Hæc, Iuris candidate, tibi ediſcenda ſuadeo, ne in pandectarum tenebris, fruſtrà annos multos, clauſis, ut dicitur, oculis, more Andabatarũ gladium uentiles. Hac, crede mihi, uia, plus biennio, etiam Cæſaris candidato negligentior, quàm uel diligentiſsimè, ordinis neſcius, Iuſtinianeo quinquennio promouebis. Si quid autem hîc tibi occurrerit, ob breuitatem obſcurum, ex commentariis noſtris ad Inſtitutiones, & Pandectas, interpretatio repetenda erit. VALE.

# CAVILLORVM, QVAE IO. DROSAEVS MORIENS IN ADVERSARIIS NVPER reliquit, aduerſus aliquot huius OEconomiæ locos, diſſolutio.

NON placet, inquit, Eguinarij diſtinctio, qui publica iudicia alia ponit ordinaria, alia extraordinaria[a]. Ego verò, ô pie Droſæi ſpiritus, publica iudicia nulla appello ordinaria: quòd Pauli temporibus ordo exercendorum publicorum iudiciorum exoleuerat[b]: quanquam eius ordinis reſpectu, crimina extraordinaria dicta ſunt, quæ publica non erant[c]. Sed publica iudicia certis legibus conſtituuntur[d], & pœnas legitimas habuerunt ferè[e]: crimina alia (quæ extraordinaria erant) neque leges, neque pœnas certas habent[f]. Vt omittam vulgò notum diſcrimẽ, quòd hæc ab ijs deferantur ad quos priuatim ea res pertinet: illa cuilibet de populo pateant[g]. Et paulò poſt, Quare, inquit, minimè ſubſcribo D. Eguinario, qui iuris publici tractatum in titulo De iure fiſci inchoari principaliter exiſtimat. Nec id quidem à me ſcriptũ eſt, ô pij manes, ſed apertè profeſſus ſum, de officijs magiſtratuum inter procemia iudiciorũ tractari: actiones tamen quaſdam ad fiſcum, ciuitates, & publicas perſonas ſpectantes, ſeparatim ad finem Pandectarum explicari: ídque non inter præparatorias actiones, ſed inter principales. Droſæus ità accepit, quaſi principaliter eo loci de publico iure diſputatum eſſe, in Oeconomia noſtra ſcriptum fuerit. Idem repetiuit alibi[h]. Sed & alio loco, Non placet, inquit, noua, & obſcura Eguinarij homonymia, quòd aliud ciuile ius dicatur proprium, aliud non prætorium[i]. At quamobrem obſcurũ dixit Droſæus, quod verbis & exemplis illuſtratur? Ius ciuile proprium Romanorũ eſt, quod aliorum non eſt cõmune, & prætorium continet[k]: ius ciuile non prætoriũ eſt, quod ex legibus, S. C. &c. conſtat: & prætoriũ è regione reſpicit[l]. Diſplicet eidẽ, quòd quatuor effectus poſuerim iuris prætorij: & adiuuare ius ciuile, accipit pro eo quod eſt declarare: ſed refellit eũ Iuſtinianus[m], qui cõfirmandi iuris

a. fol. 45. pag. 2.

b. l. ordo. ff. de publ. iudi.

c. ff. de extra. or. cri.

d. l. 1. ff. de pub. iudi.

e. d. l. ordo.

f. ff. de ext. cri. l. 2. & 3. de cri. expi. hær.

g. inſti. de pub. iudi. in prin.

h. fol. 70. pag. 1.

i. fol. 72. pag. 1.

k. l. om. de iuſti. & l. ius ciuile.

l. l. ius autem. eo.

m. inſti. de bo. poß. in prin.

Source BIU Cujas

ciuilis gratia, bonorū poſſeſsiones à prætore propoſitas ait in eadē re.
Vt taceā vim monitorij edicti, virū alioqui non indiligentem ignoraſſe
videri, quod ſecundū ius ciuile proponi ſolitū ſit. Quod verò alibi ſcri-
pſit [n], ius totū, quo Romanus populus vtitur, diuidi in ſcriptū, & non n. fol. 71.
ſcriptum: & ideo perperàm à me ius ciuile propriū ciuitatis, diuiſum in
ſcriptum, & nō ſcriptū. Equidem mendoſè eū collegiſſe aio. Non enim
quod totū ius quo populus Ro. vtitur, in ſcriptū, & nō ſcriptū diuida-
tur: ideo ius propriū eiuſdē, nō diuiditur ſimiliter in propriū ſcriptum,
& nō ſcriptū: quod perpetuā dæ diuiſionis gratia à me factū eſt. Nec
inuolutū me errore cōmuni deprehendet, qui cōmentarios meos ad eū lo-
cum Inſtitutionū legerit [o]: ante euulgatos, quàm Droſæi methodum in- o. §. conſtat de iur. nat.
ſpicere licuit. Ecce rurſus alio loco Droſæus in eo me deceptū putat [p], p. fol. 73. pa. 2.
quòd totā quodā modo virtutē definiri apud Vlpianū dixerim ſub Iu-
ſtitiæ nomine [q]. Quo in loco ipſe ſe refutare viſus eſt, cùm ait iuſtitiæ q. auth. vt om. obed.
eſſe, homines bonos efficere [r], vnde iuſti, id eſt boni dicti apud Cicero- r. l. 1. ff. de iuſt.
nem: quod de tota virtute quodā modo accipiendū eſſe conſtat. Quòd
ait, Præcepta iuris non eſſe materiā ex qua ius cōſtat [s], ſed finē falſum s. fo. 74.
eſt. Bonos enim efficere ciues, conſeruare iuſtitiā, cōtinere humanā ſo-
cietatem, finis eſt artis boni & æqui [t]: quæ ex præceptis naturalibus, t. Cicer. I. De ora. Plat. de ll. Ariſto. in Ethi.
gentiū, & ciuilibus cōſtat, authore Vlpiano [u]. Cæterum Oeconomiæ u. l. 1. de iuſti.
iuris inuētionem mihi Droſæus adſcribit peculiariter: quod equidē non
agnoſco, tātū abeſt vt expetā id laudis, quod legū latori potiùs tribuen-
dum eſt. Ad cōtrouerſos locos quod attinet, poterā ita me defendere,
quaſi Oeconomia olim incipienti mihi excidiſſet: & venia dignū eſſe,
qui in tā paucis immēſi operis, Droſæi iudicio errarit. Sed poſtquam
in manus ſuſcepi libellū, nō dubitaui rē omnē tueri, & iudiciū accipere.
Litigare tamē diutiùs cū manibus nō oportet. Quapropter doctos om-
nes, & cōſultos, in cōſiliū mittā: ſi modò hoc addidero quod ad Inſtitu-
tiones ſcripſi, poſſe methodum iuris variè tradi incipientibus: nec ſi alio
modo in quibuſdam locis Droſæus, vel alius tradat, ideo Eguinarium,
qui verba, & rem ex Pandectis ſumpſit, erraſſe.

BIBLIOTHEQUE CUJAS
PARIS

Source BIU Cujas

Source BIU Cujas

13.263

Inſtitu tiones

ꝑ Legū paruū